



Deo nostro in secula seculorum. amen.

**In festo sancti Martini epi
scopi epistola**

Cce sacerdos magnus
qui in diebus suis pla
cuit etc. Quam epistolam quere in
fra in comuni sanctorum.

Item de sancta Elizabeth

Vliere forte quis inue
niet etc. Hanc epistolam quere an
in festo marie magdalene.

**In festo sancte Katherine vir
ginis et martiris**

Vi gloriatur in domino glo.
Hanc epistolam quere infra in comi sanctorum.

**Incipit postilla de comi sanctorum
Et primo de apostolis Ro. viij**

Scimus quoniam diligenti
bus deum omnia coope
rantur in bonum his qui
secundum propositum vocati sunt san
cti. Nam quos percipit et prede
stinavit conformes fieri imaginis
filii sui. ut sit ipse primogenitus
in multis fratribus. Quos autem
predestinavit hos et vocavit. et
quos vocavit hos et iustifica
vit. Quos autem iustificavit illos
et magnificavit. Quid ergo di
cemus ad hec. si deus pro no
bis quis contra nos. qui etiam pro
prio filio suo non pepercit. sed
pro nobis omnibus tradidit il
lum. Quomodo non etiam cum illo omnia no

bis donavit. Quis accusabit
adversus electos dei. deus qui
iustificat. quis est qui condem
net. christus iesus qui mortuus
est imo qui et resurrexit qui est
ad dexteram dei qui etiam inter
pellat pro nobis. quoniam ergo nos
seperabit a caritate christi Tri
bulatio an angustia. an fames
an nuditas an periculum. an per
secutio. an gladius. Sicut scri
ptum est. quia propter te morti
ficamur tota die. estimati su
mus sicut oves occisionis. Sed
in his omnibus superamus pro
pter eum qui dilexit nos. Cer
tus sum enim quia neque mors ne
que vita neque angeli neque prin
cipatus neque virtutes neque instan
tia neque futura neque fortitudo
neque altitudo neque profundus
neque creatura alia poterit nos
separare a caritate dei. que est
in christo Iesu domino nostro.

Scimus quoniam diligenti
bus deus etc. Ante initium illius
epistle scribit sanctus paulus
in eodem capitulo. dicens. Non sunt condigne
passiones huius temporis ad futuram glo
riam que revelabitur in nobis. Tunc
sequitur presens epistola (frater.
Scimus quoniam diligenti bus deus) gor.
i. charitatem dei et proximi habentes
omnia cooperantur in bonum. scilicet per spi
ritum sanctum tam prospera quam adversa